


I N D E X
P R A E L E C T I O N V M
I N
A C A D E M I A R O S T O C H I E N S I
P E R S E M E S T R E A E S T I V V M
A D I E X X I I I A P R I L I S
A N N I M D C C X C V I I I
H A B E N D A R V M



L I T T E R I S A D L E R I A N I S .



PROFESSORES PVBLICI.

ORDO THEOLOGORVM.

D. CHR. DAV. ANT. MARTINI Theol. P. P. O. publice et in *Seminarii sodalitis Homileticae* praecepta praeibit, et *seminarium* more consueto dirigere perget; *privatim* vero h. VII *Encyclopaediam Theologicam* sive introductionem in omnes partes doctrinae theologiae tradet ad ductum compendii nuper a Ven. *Thym* editi: *Theologische Encyclopaedie und Methodologie*. Halae 1797; h. XI. *Iobum*; h. II *Acta Apostolorum* interpretabitur. *Privatissime* ex voto iuvenum aliquot ornatissimorum *Taciti* annales enarrabit.

D. WERNER CAROLVS LVDOVICVS ZIEGLER P. P. O. Publice dd. Saturni h. VIII—IX et X—XI *Historiam Systematis theologiae dogmaticae* enarrabit. *Privatim* h. VIII—IX. *Historiam dogmatum* exponet. H. X—XI. in *Psalms* commentabitur.

M. JOANNES CHRISTIANVS PETERSEN, P. P. O. et ad aedem diui Jacobi Diaconus hora VII—VIII methodum concionandi popularem docebit secundum I. W. Schmidii *Anleitung zum populaeren Kanzelvortrag*, hor. XI—XII Pericopas Evangel. et Epistol. explicabit junctis institutionibus homiletico-practicis, et binis per hebdomadem diebus hor. IX—X Epistolas ad Timotheum et Titum interpretabitur.

ORDO IVRIRCONSULTORVM.

IO. MATTH. MARTINI I. V. D. et P. P. O. Consistorii Ducalis Vicedirector, studiis iuventutis nostrae academicae quovis modo inservire cupiens; hoc, quod subsequitur, semestri explicare paratus est, 1) ius mecklenburgicum privatum, 2) praxin forensem cum adplicatione ad patriam, 3) lubentissime quoque iis se accommodabit, qui forte examinatorium Digestorum desiderant, dummodo hac de re tempestive inter nos conveniamus.

D. WALTER VINCENT WIESE hora VII—VIII et IX—X pandectas proponet duce *Hellfeldio*, hora XI—XII manuactiones practicas continuabit, hora IV—V jus feudale ad filum compendii Boehmeriani tradet.

IO. CHRIST. ESCHENBACH, hora VII—VIII *ius criminale* e compendio *Meisteri*, cuius tertia hoc anno prodiit editio, et hora VIII—IX *institutiones* Heineccianas *Waldeckii* explicabit. Seriem quoque processus civilis, duce *Knorrio*, tradet, si qui sint, qui hanc operam desiderant.

D. ADOLPHVS DIETERICVS WEBER per instans semestre aestivum hora matut. 8—9 exercitationes examinatorias ad Digesta instituet, *Hellfeldii iurisprudentiam forensem* sequuturus; hora 9—10 institutiones iuris civilis Romani secundum *Waldeckii* libellum elementarem explicabit, hora autem 3—4 doctrinam de remediis iura in iudicio persequendi ad *Schmidii* pracktisches Lehrbuch etc. tradet.

D. ADOLPHVS FELIX HENRICVS POSSE, P. P. O. 1) Hor. VII encyclopaediam juris ad filum *Hugonis*; (*Lehrbuch der jurist. Encyclopädie*) 2) hor. X. jus publicum Germ. duce *Püttero*; 3) hor. XI jus canonicum secundum principia b. *Boehmeri* tradet.

ORDO MEDICORVM.

D. SAMUEL GOTTLIEB VOGEL, Med. P. P. O. *Medicinam clinicam* binis quotidie horis continuabit.

D. A. G.

D. A. G. WEBER, P.P.O. 1) h. VIII—IX *Pathologiam*, quam dicunt, *generalem* ad exemplum celeberr. HUFELAND: Ideen über Pathogenie und Einfluß der Lebenskraft auf Entstehung und Form der Krankheiten. Jena 1795 adumbrandam offert. 2) h. IV—V. *Pathologiam specialem* ex celeberr. JUNKERI *consp.* Hal. 1789. 1790. ita tradet, ut individuum ipsi comitem addat *scientiam* morborum *diagnosticam* et *diacriticam*. 3) h. V—VI *Therapiam morborum acutorum* pertractabit. 4) Die saturni h. XI—XII. *de methodo concinnandi formulas medicamentorum* aget.

D. GVIL. JOSEPHI, Anatom. Chirurg. et Artis obstetr. Prof. P. O. hor. VIII—IX *Chirurgiam*, hor. XI—XII *Artem obstetriciam* Roedereo duce, hor. II—III *morbos oculi*; hor. XI—XII d. Mercur. et Saturn. *Osteologiam* c. h. tradet.

D. ADOLPHVS FRIDERICVS NOLDE P.P.O. per instans semestre aestivum *Medicinam popularem* continuabit, privatim vero *morbos mulierum*, *infantum* et *venereos* singulis horis e tabula publica indicandis exponet.

ORDO PHILOSOPHORVM.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN in Auditorum gratiam, qui non inviti Linguas orientales addiscere cupiunt, earum rudimenta ad filium libellorum a se editorum resumet, Lectiones cursorias in S. S. continuabit, et Geographiam antiquam orientalem, quam omnis historiae et elegantioris doctrinae Orientis lumen dilucidum recte dixeris, recenset.

HERMANNVS JACOBVS LASIVS, Graecae literaturae Professor P.O. morbo oculorum, quo adhuc laborat, impeditur, quo minus muneri suo in habendis Scholis vacare possit.

D. JACOBVS FRIDERICVS ROENNBERG, Sereniss. Duci Regnant a Consiliis aulae, nec non philos. moral. Prof. publ. ordinar. per instans semestre aestivum, hora VII—VIII Historiam Imperii Rom. Germ. a *Maximil. prim.* tempor. usque dum hodie, praecedunt Perill. *Püttero*; hor. VIII—IX Jus public. universale secundum principia *Kantiana*; hor. XI—XII Jus publicum *Meclenburgense*, duce *Hagemeistero*, explanabit; denique hor. II—III Collegium *Novellarum*, more consueto, continuabit.

M. SAMVEL SIMON WITTE, Seren. Duci regn. a Consi-
liis aulicis ac Juris Nat. et Gent. Prof. P. O. per instantem aetatem hora
VIII—IX *Ethices praecepta philosophica* ex inclyti Imm. Kantii libro:
Metaphysische Anfangsgründe der Tugendlehre, Königsberg 1797 inscripto
tradet; hora vero X—XI ex eiusdem breviario: *Metaphysische Anfangs-*
gründe der Rechtslehre, Königsberg 1797, *Ius naturale* docebit; ac denique
hora III—IV *Logicam* ad filium Compendii celeb. Jacob: *Grundriß der*
allgemeinen Logik, explicabit.

G. SCHADELOOCK, *Philos. Doct. et Mathem. Prof. P. O.* per
semestre aetivum tradet 1. *Mathesin puram*. 2. *Scientias Opticas* duce b.
Karsten. 3. *Trigonometriam* et *planam* et *sphaericam* secundum dictata,
Insuper 4. explicabit *Elementa Euclidis* ex versione ill. Hauff, quibus sexta
quaque hora cujusvis hebdomadis *examinatorium* addet. De horis ceterum
cum Auditoribus conveniet.

P. J. HECKER, *Mathes. P. P. O.* publice matheos purae capita
quaedam difficiliora uberius explicabit, *privatim* vero 1) arithmeticam poli-
ticam et forensem, 2) *analysin finitorum* et *infinitorum*, 3) *scientias me-*
chanicas docebit.

M. FRANCISCVS CHRISTIANVS LAVRENTIVS
KARSTEN, *Oec. P. P. O.* per instans aetivum semestre b. c. D. horis ante
meridiem VII—VIII, *encyclopaediam cameralem*, in theses a se suppedit-
andas; VIII—IX *Agriculturam*, e compendio suo: *Die ersten Gründe*
der Landwirthschaft; tradet; hora denique IX—X *Matheos purae* prae-
cepta ad ductum compendii b. f. *Auszug* etc. demonstrabit.

GER. PHIL. HENR. NORRMANN, Ser. Duci regn. Megap.
a consiliis aulae, historic. atque politic. disciplinar. P. P. O. Phil. Ord. hodie
Decanus; *Publice*, d. Saturni, h. VIII—IX, *historiam foederis Helvetici*;
Privatim, 1) h. VIII—IX *historiam universalem*, praeunte Schlözero;
2) *praecipuorum Europae regnorum atque rerumpublicarum statum hodie-*
rum, ad compendium Sprengelianum; *Privatissime* vero sive *Geogra-*
phiam, duce Gatterero, methodo consueta, adhibitis inappis Schraemblianis,
sive *Technologiam*, ex breviario Beckmanniano, tradet. —

H. F. LINK, *Med et Phil. Dr. P. P. O.* ob iter physicum clemen-
tissime sibi permillum absens, hoc semestri laboribus academicis vacare ad-
huc impeditur.

DOCTO.

DOCTORES PRIVATI

THEOLOGIAE.

JOANNES MARCVS CONSTANTINVS TARNOW, Philof. Doctor et S. S. Theolog. Baccalaureus, *Theologiam dogmaticam popularem*, duce S. V. Griesbachio, tradet; et *interpretationem Novi Testamenti* instituet, *iunctis observationibus themata ad homilias apta et pericopis eruendi*.

IURISPRUDENTIAE.

JO. FR. THEOD. BURCHARD, D. *historiam Patriae*, ac *jus publicum Germ.* praeunte Püttero tradet.

D. J. C. KOPPE iuris Romani elementa et historiam, illa duce *Waldeck*, hanc e libello *Güntheriano* tradere paratus est.

D. ANDR. BERN. CAR. WIESE hora VII matut. *institutiones iuris civilis romani*, secundum beat. HOFACKERI *elementa iuris civilis romanorum*, Goettingae 1785 edita, explanabit.

MEDICINAE.

Dr. HINR. CHRIST. FRIED. KRAVEL per instans semestre Diebus Saturni hora XI — XII publice *Encyclopaediam medicam*; hora VII — VIII matutina *privatim Materiam medicam* tradet.

PHILOSOPHIAE.

M. GEORGIVS LUDOVICVS OTTO PLAGEMANN Lycei Rostochiensis rector, proxima aestate Anacreontis carmina explicabit.

M. JOACHIMVS HERICVS LVDEWIG L. Angl. L. Publ. et J. U. C. in usum Commilitonum qui in rudimentis linguae Anglicae jam sunt versati, proponet e libro idiomate anglico scripto, cui titulus, *Neues Engl. Lesebuch von J. M. F. Schulze, Halle 1789*, explicationem partis hujus libri, *Geschichte des Roemischen Reichs, von den ersten Zeiten des Verfalls bis zur Erbauung von Constantinopel, nach Gibbon*, vel si magis placuerit —
expli-

explicabit — partem dicti libri quae est inscripta *Cook's Leben und Entdeckungsreisen*. Rudimenta quoque linguae anglicae omni fide et industria docebit, neque deerit iis qui manuuctionem ad historiam imperii R. G. ad filum Ill. Pütteri desiderant.

J. M. C. TARNOW, Ph.D. & S.S. Th.B., *Ius naturale* docebit et *Historiam Philosophiae* exponet.

M. J. D. WESTPHAL, Horatii carmina illustrabit, et, si numerus auditorum haud exiguus erit, historiam philosophiae veterum Graecorum et Romanorum cum notitia literaria exponet.

M. ADOLPHVS CHRISTIANVS SIEMSEN, per hoc semestre. 1) *Historiam naturalem* ad quintam Blumenbachiani editionem docebit; 2) *Demonstrationes* in horto botanico ad Willdenowii compendium instituet et 3) *Mineralogiam* Batschio duce exponet.

J. C. G. DAHL, consentiente ampliff. Philosophorum ordine, in publicis lectionibus *Elementa linguae hebraicae* exponet, simulque selecta stili prosaici atque poetici *V. T. capita interpretabitur*. Privatim carmina Graecorum bucolica, Theocriti nimirum, Bionis et Moschi explicabit, nec non *Hermeneuticae biblicae principia* tradet, adiuncta interpretatione epistolarum catholicarum. Ad *privatissima* quoque linguarum antiquarum exercitia cupientibus praesto erit.

Bibliotheca academica et Museum diebus Mercurii et Saturni patebunt. In artibus liberalibus equitandi, saltandi, pingendi et arma tractandi adfunt magistri peritissimi. Nec deest manuuctio ad perdiscendas et excolendas linguas exoticas.

P. P. ROSTOCHII

D. XVII. MARTII MDCCXCVIII.